

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Honor o
cum fontibus primis

Christus
ad sanandum filium reguli ire noluit
ne diuicias honorare uideretur,
ad seruum uadit
ne seruilem conditionem spreuisse
putaretur.

Alibi
ad sanandum reguli filium uenire noluit
ne diuitias honorasse uideretur
hic
ne conditionem spreuisse seruilem
ad centurionis famulum mox ire
consensit.

Beda Venerabilis, *In Lucae euangelium expositio*, 2, 7, 6 (CCSL 120, D. Hurst ed., p.155, ll.2167-70). Check at PIMS for Luke 7:6 (“Jesus autem ibat”).

In hoc superbia nostra
retunditur qui in hominibus non naturam
qua ad ymaginem Dei facti sumus sed
honores et diuicias ueneramur.

Quid est hoc, nisi quod superbia nostra
retunditur, qui in hominibus non naturam
qua ad imaginem Dei facti sunt, sed
honores et diuitias ueneramur?

Beda.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 2, 28, 2 (CCSL 141, R. Étaix ed., p.241, ll.31-33).